Labente saeculo XV, et antequam Provincia Bethica erigeretur Illustr. D. Fr. Ildefonsus de Burgos ord. Praed. episcopus Palentinus, Regum catholicorum a confessionibus, et eleemosinis erexit magnifice, dotavit que Collegium, quod ex literis Apostolicis et communi conceptione Insigne dicitur, non tam ex maiestate aedificiorum, quam ex fine et mediis, quibus a sua erectione numquam non protulit viros virtutibus et literis egregios in aedificationem ecclesiae, et adimpletionem muneris, quod fratribus ord. Praedic. ex instituto incumbit.

1\. Constat Rectore canonice electo [Stat. 23, et 29] a collegio ex his, qui collegae fuerunt, et aliquo munere Provinciae functi: et triginta sex collegis [qui fuerint simul examinati] canonice electis [Stat. 3: 5] a conventibus [Stat. 95], qui hoc iure gaudent, vel nominatis a P. Provinciali in defectu conventus: et duobus, quos statuta modo Lectores extra numerum, modo Regentes vocant, qui ad praesentationem collegii nominantur a Provinciali [Stat. 16].

2\. Collegae electi antequam ingrediantur [et in aphoresi electio cassat] examinantur [Stat. 7.] rigurose in artibus [Stat. 107] per quinque examinatores deputatos in collegio, Rectore, vel Regentibus, Mag. Studentium, et Lectore artium antiquiori: ex quibus septem collegis Provinciae Bethicae [nec tamen praesentibus illae et collegii Stat. 9.], qui ibi examinantur. Si approbationem obtineant, mittitur a collegio unus e collegis [Stat. 92], qui informationem accipiat de eius vita moribus, et puritate sanguinis, nec aliter admittitur.

3\. Ingressi ius habent permanendi in collegio per octo annos, et rursus per alterum annum, si hoc tempore absuerint causa negotiorum collegii [Stat. 4]. Item electi in Lectores artium collegii [a Prov. Stat. 103, et 151], ius habent permanendi per alios tres annos [Stat. 15]: nec ab aliquo cogi possunt ut exeant etiam muneris Lectoris conventualis causa, nisi expelli mereantur ob causas expressas in statutis.

4\. Gubernatio. Collegium subest Capitulo et Provinciali Provinciae Hispaniae [Stat. 73]: nec non Magistro ordinis, cui per statuta [Stat. 60, summum debetur et datur] datur omnis illa potestas, quae conceditur Provinciali, excepta provisione collegarum ad defectum conventus, et licentia relinquendi collegium dum Rmus non est in hac Provincia. In illo vigent constitutiones ordinis [Stat. 4, et 70, et 80] in omnibus, in quibus aliter non disponitur per statuta, quae facta fuere authoritate Apostolica, dato iure collegio condendi nova cum assensu duarum ex quatuor partibus collegii [Stat. 89]. Ex quo iure plura condita sunt, tum addenda, tum derogantia prioribus.

5\. Rector in pluribus consultatur proprii, et universaliter in nulla re gravi [Stat. 33] tam quoad spiritualia, quam temporalia procedere potest sine assensu consiliariorum: et quoties aliquid in consilio proponit, sub praecepto tenetur exequi quod maior pars consiliariorum determinaverit.

6\. Consiliarii autem tantum sunt tres [Stat. 39] per sortes extracti [Stat. 37, et 105] in initio Rectoratus regulariter, nempe in vigilia omnium SS., missis in urnam nominibus cunctorum collegarum, qui gaudent biennio collegii, et sacerdotii: qui durant toto Rectoratu, idest integro biennio. Quod si aliquis eorum exeat secundo anno, succedit in tali munere antiquior collega, ut quotiens aliquis eorum abest a collegio. Regentes autem et Mag. Studentium (nisi hi aliunde sint alter ex tribus) non gaudent munere Patrum a consiliis: et tantum interveniunt consilio, quod ex Statuto habetur initio cursus pro regulandis studiis. Si Rector moriatur [electus non venit, Stat. 28, aut] aut amovetur, iure [Stat. 20] ipso est viceRector cum potestate qua superior gaudet sede vacante, Consiliarius antiquior: ut si Rector egrediatur e civitate, et viceRectorem non nominaverit [Stat. 30]. Alter ex consiliariis est Clavarius,

7\. duos assistunt clausurae domus [Stat. 67]: et singulis noctibus rationem accipit a Procuratore de expensis. Dum aliquis ingreditur de novo, ex statutis [Stat. 56] [Stat. 10] debet ipsi assignari aliquis collega, qui

8\. ipsum instruat super statutis, et si opus fuerit super rebus ad religionem spectantibus. Provincia-

9\. lis potest per se vel delegatum visitare singulis annis: et in visitatione punire et corrigere, ac ve-

re praecepta et mandata, quod durant, nec alicui alio superiori abrogari possit, vel ad sequentem
visitationem: in qua si expresse non approbentur, illico expirant. Ital 15 praeterea de dicto genere. Et non possunt addere, vel
derogare statutis, nec aliquid mandare eis contrarium, aut quod studio officiat. Item curare
non petere litteras, per quas derogetur, aut addatur statutis, nec uti illis, si ab alio fuerint impe-
10 tratae. 1º = A sacra congregatione tamquam res gravis declarata est, quod Rector collegij ingunat poenitentiam
abstinendi in pane et aqua comedendo in terra: et sine assensu Consiliariorum tantum in mensa
potest hoc iniungere. anno 1600. declarat 2.

11 Cultus divinus. Ex statutis collegialiter voce summissa dicuntur quotidie preces matutinae, vespere cum com-
pletorio: hae quidem hora 5 vespere, illa hora 9 noctis nisi Rector designaverit, ut post Rosarium, quod
post completorium recitatur, persolvantur. Festis principalibus Ecclesiae, Ital 22 Apostolorum, Doctorum, fun-
datorum ordinis, et alijs in statuto praefixis, alta voce licet sine cantu persolvuntur horae, et
decantatur missa solemnis. Ital 2 multum mandatur [illegible] impendantur singulis annis pro reparatione et ornamentis ecclesiae
et si haec non indiguerit, ponentur in [illegible] expendi 20 ducati pro [illegible]. Ital 59

12 Studium. Pro studio in statutis hortantur, praescribitur, quod studium sacrum est finis praecipuus erec-
tionis collegij: Provinciali iniungitur, Ital 16 quod optimos mittat Lectores theologiae: quod nullus audeat arte[s]
ex collegij: quod habeatur Ital 13 lectio theologiae speculativa, positiva, moralis et casuum conscien[tiae]
si pro omnibus his competentes sint Lectores, et quod collegae audiant illas lectiones, quas praescrip[se]-
rit Rector cum consiliarijs: et quod singulis diebus habeatur conclusio theologica exceptis sexta
[expenduntur singulis annis 20 ducati pro libraria. Ital 59]
ferijs, vigilijs, adventu et quadragesima praeterquam feria 3 et quinta. Rectori autem com-
mittitur magna cura super studijs. 13 = Expresse admonemur, quod propter studium maior in collegio
13 debet vigere clausura et recollectio, quam in conventibus = Negatur facultas concedendi exitum Ital 65
a collegio ultra limitem, et hoc ex urgenti Ital 70 causa 14 = Item eundi ad civitatem 15 conceditur
14 tamen Rectori facultas licentiandi si bene visum fuerit, ter in singulis mensibus, pro campo, et
15 sumendi novum aerem. = 61 16 Conceditur etiam facultas licentiandi, ut assistant actibus pub-
16 licis in universitate, ecclesia maiori, collegij, et conventibus, ~~[illegible]~~ Ital 70 aut audiendi, si insignis
fuerit Lector in universitate: sed prohibetur ut vadant Ital 16 et repraedicantur via rectae, sola perma-
nentes in librarijs alijs pro emendis libris = 17 Item conceditur Ital 62 facultas praedicandi, et ha-
17. causa excipiendi. Et a quodam D. Nuntio Apostolico declaratum est, sat esse quod doceantur pueri, vel alia habeat pias
pro, ubilibet, et quomodolibet fiat, dummodo bona fide.

18 Observantia regularis. Cum tempore erectionis collegij adhuc non esset penitus expedita clausura, expresse praescribitur
statutis, ut assumendi in collegas sint ex fratribus observantibus. Iterum provinciae inculcatur, quod ex menti
sint fautores studij literarum, ut propterea nullatenus derogetur observantia regulari. Ital 10
praecipitur, ut vetitum ut alij fratres = Ital 38 18 induitur etiam abstinentia a carnibus ultra dies praescrip-
18. tos ab ecclesia, singulis ferijs quartis, et sabbato: Ital 22 Observantur praeterea quadragesimalia adventus
et alia particulariter iniuncta per constitutiones ordinis. 19 1º = Interdicitur universaliter ingressus
20. [ut et cuiuslibet post tempore [illegible] vel a festo S. Lucae, usque ad Pascha. Ital 72] villam, et suspicionis (et monasteria monialium) in domos civitatis, imo praescribuntur vias per quas exeant dum spatiandi causa licentiantur,
et ut non possint ire per alias vias publicas civitatis Ital 64 = 20 Interdicitur colloquium cum mulieribus etiam expresse prohibitum Ital 25.
in capella collegij, nisi de licentia Rectoris, et cum cappa, et hoc tantum, si consanguineae sint in 3, affines au-
21 tem in 2 gradu. = 21 Si aliquis contumaciter renuerit subire poenitentiam iniunctam a Rectore
iuxta statuta, expellitur a collegio. Ital 72

22. 22. Omnes in suo ingressu iurant Ital 9 inter alia non petere sibi literas derogatorias, neque dispen-
satorias super statutis. Item in alio statuto sub poena excommunicationis praecipitur omnibus etiam di-
gnitatibus (qui alioquin immunes sunt ab alijs censuris, et praeceptis impositis per statuta, praeterquam a prae-
cepto non subornandi aut comminandi in electione Rectoris, et non pernoctandi extra collegium in civitate,) ne quis
petat literas contrarias, derogatorias statutis: nec eas acceptet ab alio impetratas. ~~[illegible]~~
tantum per collegium collegialiter congregatum deliberari potest, ut petatur licentia a Capitulo vel a
Provinciale cum tribus Patribus, qui fuerint Collegae, ut impetratae possint acceptari. Et ut videmus Provin-
ciales iurant nec petere, neque impetrata uti. Haec est summa status collegij per statuta. Ital 72: et 82, ubi est [illegible]
[illegible]

Reflexiones ex his, quae praxis monstrat.

1 In num. 1, notetur, quod ex prava administratione temporalium, modo vix 20 collegia possint sustentari. Hoc autem oritur, tum quod Rector tantum durat per biennium: tum quod non habet vicarium, cui committat: tum quod neque sunt alii depositarii praeter consiliarios, iuvenes inexperientes, et studiis dediti.

2 Circa 2dum in informationibus maxime fratrum Provinciae Baeticae propter distantiam fiunt magni sumptus. Et non solet facile inveniri habiles, qui ad hoc possint. Et licet plures fuerint, et modo sint valde apti, plures tamen eliguntur fere inepti, nec examinantur cum rigore in illa Provincia. Forte ergo conveniens foret, si informatio accepta ab illa Provincia sufficeret, et ad collegium venirent examinandi. In quo nullum esset incommodum, quia posset differri examinatio ad illud tempus, in quo mox et immediate post approbationem reciperentur, non veniendo usque ad tempus, quo vacatio ternum illis pateret ingressus.

3 Experientia monstrat, quod plures sine opere pretio per 30 annos perseverant, expectantes, quod eligantur ad lectores artium collegii: et postquam hoc assequuti sunt, quod eligantur in Magisterium studentium collegii: eo quod in collegio lautius, et maiori cum commoditate vivitur. Expediens foret, quod P. Provincialis ad consultationem Rectoris, Regentium, et Mag. studentium, posset compellere, ut exirent causa lectionis competentis in aliis conventibus. Quod consentaneum est tum fini, tum statuto negante ingressum Bachalaureis formatis, eo quod hi potius debent deservire in conventibus. Forte etiam expediret, si ad praesentationem collegii Provincialis libere eligeret Lectores artium collegii, sive collegas existentes ibi, sive alios qui exierant causa lectionis, eo quod lectio collegii insignes est ex magno concursu studentium, et honor Ordinis valde pendet ex eo, quod inveniantur insigniores; quod tamen plerumque non fit, ex eo quod tantum possint assumi ex his qui habent tales qualitates, quod saepe in uno aut duobus existunt. Idem de Magistro studentium, qui modo eligitur a Rectore cum consiliariis ex indulto Magistri ordinis. (neque enim per statuta aliquid de hoc habetur) In quo plura regesta sunt inconvenientia. 1o quod tantum durat per tempus, quod ab electione usque restat, quod saepe tantum est ad paucos menses: ex quo hoc officium inhonoratur. 2o quod nulla viget auctoritate supra collegas, neque ille in aliquo deferunt. 3o quod solet accidere, ut alter, vel etiam omnes consiliarii, hoc munus appetant; et hinc valde absurda videntur, ut quod non fiat electio: vel quod ille qui appetit suum suffragium cedat alteri et sic indirecte se eligat, cum praevaleat determinatio a duobus: et a quodam Nuntio declaratum est, quod illa ratio sic electus potuit fieri, et sic practicatur non sine inconvenienti, quod accidere potest et aliquando audit, quod eligatur fere ineptus, cum tamen Mag. studentium validissime in omnibus fere deliberationibus collegii communicationem habeat primum vocem, ultra exercitia literaria et argumentum collegii.

4 Per illud quod conditum statutum 98 quo revocatur statutum, quo limitabatur facultas excipiendi confessiones mulierum usque ad 30 annum expletum, licet sic fuisset declaratum per Sacr. Congregationem Regularium, ~~[illegible] collegio~~ roboratum per Breve Clem. VIII et insertum eidem statutum et conveniens est, ut Exposito ab ordinario possint ~~excipere~~;

5 Circa 5.6.7. Curiosis patent inconvenientia quae possunt nasci ex ita ad duos summes consultato consilio. Nam contra ipsum insurgunt, cogitur Rector eis connivere in aliis. Summa quod licentia, quam sibi arrogavit collega, forte ex hac providentia provenit tamquam a radice. Iudicant namque plerique collegas esse summam authoritatem regiminis: et omnes spirant ad hoc munus sorte obveniens ascendere. His diebus proximis accidit, quod vacante Mag. studentium, cum Rector vocasset consiliarios ut eligeretur: alter, qui erat praetensor, timens, quod si alter cederet vocem suam, alius nominaretur, dixit quod renuntiavat voto: alter vero quod pro alio suffragium laturus erat tertius, votum dedit renuntianti: et ita re infecta (et adhuc manet infecta) consilium dissolutum est. Quod et in aliis negotiis accidere potest. Sic enim intelligitur a collegio statutum, ut nisi duo ex consiliariis aliquid determinent, Rector nihil exequi potest. Desideratur ergo saltem declaratio auctoritativa.

7 Circa 7: illud sic practicatur, ut illa munera obeant per menses alternando ab antiquiori. Consiliario autem mensis, ut volant, commissa est altera clavis Procurationis, forte ut occurreretur ~~fraudibus~~ Procuratoris

qui altera gaudet clave, congregationis. Sed plerumque maiora cernuntur, quae dignitas, quod con-
trius authoritatis, usus est Lain quod vult. Quod si Rector cohibere velit, nascuntur in collegio dissidia,
tam hoc iudicatur eius praerogativum conculcare, et cedit in utilitatem privatam fere omnium
qui hic participant. Et hinc oritur praecipua radix damnorum collegii in temporalibus. Nec ob-
gravatur, quod non habet vicarium.
Licet de iure communi, et constitutionum Rector potest nominare vicarium etiam dum est prae-
in collegio, nec huic refragentur statuta: tamen ita practicatur, quod nec nominat: immo sic commun-
iter intelligunt, quod neque nominare potest: adeo ut si nominaret, merito timere posset, quod contem-
neretur, neque in hoc ei obedientia deferretur. Cuius fundamentum nescimus, nisi quod ipse quadam decla-
ratione statuti 3o facta a Pe. congregat., circa id quod potest facere Vicerector in absentia Rectoris, dicit
quod non intelligitur Rector absens dum est Vallisoleti etiam extra collegium. Practicatur autem, quod
Rectore ad quietem Consiliarius minimus facit vice Rectorem, et dat licentias exeundi vel
ta actus scholastici in universitate, aut monasteriis, vel causa praedicationis. Et hinc oritur, quod vel
debet esse continuo in collegio, vel fiunt egressus et excursus innumerabiles, contra mentem fundat.
qui ita desideravit clausuram pro studio, et honestate. Nam practicantur stante licentia praedica-
tionis, coacti duobus vel tribus pueris, quibus alii quam dicti anni viae exigentiis, post quod ha
tione vagarunt per civitatem.
8 Circa 8. Ex illo videtur nasci praxis, quae plura utilissime haberet, nisi in dies plures corruptelae
admixtae fuissent, et quotidie crescant. Videlicet practicatur, quod novi per integrum annum ne
minime veniunt, et ad patientiam exercentur, instruuntur quoque in pluribus ab antiquis. Sed in
gressiones adiunctae iam fuerunt intolerabiles, et periculum afferunt saluti non corporali, tum
spirituali ex magna ira ad quam solent accendi: mixta iam vindicatione ex simultatibus
quas diabolus ex electionibus seminavit = Orarissime etiam instructiones et correctiones nou
in communitate post prandium et coenam, antiqui a tertio anno aliorum etiam antiquorum
defectus reprehendebant nomine et in genere novorum, et nullum nominando. Sed hodie
quod ad tarpationem Praelati descenditur ab aliquibus: et defectus etiam graves deferuntur in me
tione: quod Praelatus non est praesens. Fere autem numquam est praesens, ut neque Regentes, timore etiam
huius audaciae quae aliqui utuntur.
9 Pluribus ab hinc annis nec Capitulum in suis actis, nec Provinciales in visitatione ullam reliqui-
mandata, eo quod cum magistratum reliquisset, dixit apud Nuntium omnia sunt delenda: et semper
quod potest quod saltem in diversis officiant studio.
10 Et 10 videtur quod ipsa conculcata authoritas Rectoris. Si dat poenitentiam in mensa, iam est in praxi, quod
ad ipsi deferunt cibos et vinum et in cella comedere. Cuius plenarius, si Rector aufferre vellet.
Circa 11, et 12. Cum studium sit praecipuus finis collegii, et pro illo vacent a choro, vix erit studium
11 in ordine ubi studentes minus exerceantur in studiis. Durat quidem studium a festo S. Crucis, usque ad
12 vigiliam S. Lucae: plures sunt actus scholastici, decem scilicet maiores, et sex minores: singulis quoque sabbatis
habetur actus artium vergere: et duae lectiones quibus Regentes mane dictant materiam theologiae
sed vergere nulla habetur usque ad resurrectionem lectio, et unica habetur conferentia theologica de
materia quam Regens dictat alternando per annos, vel de articulis D. Th.: plurimi quoque sunt dies in
quibus nulla habetur conferentia: et minima iuvenibus bene instituti datur occasio studendi.
13 Circa 13 usque ad 19. sat iam notata circa 7: et quanto defloruerint observantiae regularum ex excursionibus, quot
19 19. Rector non potest vitare, nisi continuo sit in collegio.
Circa 20. Videtur abiisse in desuetudinem, eo quod aliquorum vulnerata est fama aliquorum.
20 Circa 21. Non verecundant, sed deludunt poenitentias: delati publice vina ad cellas, et devinimus.
21 Circa 22. Ex illo praecluditur facilis via, hoc remedium adhibendi: saepe vidimus aliquos a
Nuntio Apostolico hac via, impetrare dispensationes super statuto accipiendi electionem Rectoris de se factam.
nempe petendo prius relaxationem iuramenti. Reverendissimus magister ordinis cum suis Patribus qui fuerunt collegiae
ipso hoc dispensationes, nec enim statuta fecit quod absolutant, posset dare licentiam. Sed semper obest,
hoc debet fieri collegialiter. Ad petendam declarationem hoc ii fiebat. Denique Reverendissimus P. N. Magister pro sua
alta prudentia et sapientia, procedente semper ordinem procedere poterit, quod ad honorem Dei, et decorem
collegii iudicaverit expedire.